



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizazione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Hieronymus tituli Sancti Honuphrij Cardinalis Lomellinus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

Vnde quid mirum, cum hac cœlesti sapientia tot virtutum bona in eum deuenisse? Hinc illibatus virginitatis flos, quam putatis, & Augustini cingulo obstrictus, non minus Cœlo, quam tumulo intulit. Hinc integerrima vita innocentia; hinc rerum omnium abdicatio: hinc Diuini amoris incendium in eo ad prodigium penè extiterunt. Hinc zelus ille, quo ne labore rimam Ecclesia pateretur, quamvis mitissimus agnus, assur rexit ut Leo, & sepe Pastoris baculum vertit in fulmen, & pro sacrorum, pro religionis, pro fidei integritate, usque ad extremum spiritum decertauit. Qualis vero in proximos extiterit, egregius ille Eleemosynarij titulus indicat, quem pauperrimus ipse bonis omnibus emit, ibi thelauros suos, nimirum in cœlis, & in pauperibus ponens, ubi cor suum, ea etiam in egestate, ac nuditate obire contentus, qua Christus Dominus in Cruce se bonis omnibus, ut nos ditaremur, expoliauit. Ut iure merito de illo diatum communiter sit. Mecum crevit misericordia, & de vetero matris meæ orta est misericordia. Quare sicut Deo infinitæ agentiæ sunt gratiæ, qui admirabilis est in Sanctis suis, ita & Sanctitati Vestrae, quæ tantum Virum inter Santos asserere, totique Ecclesiæ, ut unicum omnium exemplar, ut luceat omnibus, qui in Domo sunt, educere statuit.

### Hieronymus tituli Sancti Honuphrij Cardinallis Lomellinus.

**E**xciptet Christianus Orbis, quem S.<sup>anctus</sup> V.<sup>erbi</sup> post integrum sacerdotalre spatum terris restituet Thomam: & restituendum censeo pio, ac ingenti cum beneficio, ut qui homo inter homines desijt esse, Sanctus reuiuscatur, ac heroicis gestis nuper relatis, quæ cum in humanis agebat, fuerunt supra humanum morem, præclara ad exemplum, post obitum vero supra nature vires mirabilia ad stuporem, Sacro Ecclesiastico ordini imitationem sui relinquens, ipse cum Principibus sedens, solium gloriæ tecum. Chri-